

sicut contingit illis qui diafaccora uocantur, ut Saturnus .f. & Iupiter ac Venus in illis sint locis. Parturient etiam duas foeminas & unum masculu cu id euenerit, q illis qui dimatarcoris appellantur, euenisse dicitur, ut Luna .f. & Venus ac Mars illis in locis existant. Secundum hunc uero modum frequenter contingit ut natus no perficiatur, et ut in ipsius natiuitate quaedam impedimenta corpori accidentia contingant. In ipsius etiam quibusdam membris id ex quo nullus timor perueniet absq perfecta occasione contingit, aut erit in eis quoddam horu accidentium secundum partem rei quae non apparet.

De monstruosis signis. Cap. VIII.

Illud quidem quod nullatenus a nostro recedit intellectu est monstruosarum figurarum enarratio. Dicemus igitur primitus q in his luminaria frequenter inueniunt remota uel ab ascendente disiuncta, & q ab infortunis anguli continentur. Cum hoc igitur sic inuentum fuerit, conuenit si hoc illud fore contigerit q in miseris & infortunatis natiuitatibus multoties euenire dicitur. & si natiuitates illae monstruosarum figurarum non fuerint, ut praeteritam coniunctionem uel praeventionem obseruemus, quantus coniunctionis uel praeventiois, nec no loci luminarium natiuitatis hora, dispositores planetas deprehendamus. Quonia si loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunae uel ascendentis iterum omnia .f. uel plura loco coniunctionis uel praeventiois non alligeretur, erit natus formae monstruosae. haec autem si sic fuerint et cum hoc in quadrupedibus uel feralibus signis luminaria reperiremus, fuerintq infortunae in angulis existetes, no erit natus ex hominibus. Si quo uero fortunaru cum luminaribus testimonium non habuerit, sed eis infortunae testificatae fuerint, natus non erit domesticus, eritq natura ipsius ex feraru inpedientium naturis. ¶ Quod si Iupiter aut Venus luminaribus testificentur, erit natus ex animalibus domesticis, ut sunt canes, furores, & his similia. ¶ Si Mercurius autem testificetur, natus erit ex animalibus quibus opus habent & utuntur homines, ut ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his similibus. At si luminaria mouentur in signis quorum imagines sunt hominis, omniaq similiter fuerint, natum ex hominibus uel ex his qui cum hominibus conuersantur fore non dubitamus, nisi quod eum monstruosam formam habere dicemus. ¶ Qualitatis autem istius hois monstruosae si notitia eiusq proprietates erit hoc in loco iterum ex figuris signorum in quibus infortunae steterint, quae luminaria uel angulos continuerunt. Item si signa fortunarum hoc in loco nulli praedictorum loco testificentur, erit natus non loquens, eiusq fortuna ueraciter & perfecte mutabitur. Si Iupiter autem uel Venus testificentur, nati proprietates in quo fuerit illa mutatio erit ut honoretur & sublimetur, eo q ex hoc illa figura armaforodhotis conueniet .i. figura ex Venere & Mercurio denominata, nec non figura qui nuncupatur arfocarazietu, & his similia. ¶ Mercurius ipse si testificentur, fiet natus cum his somniorum interpretator, & ex his erit eius uictus praeter quod surdus erit & absq dentibus. In alijs uero rebus erit conuenientis naturae & subdolos ac deceptor.

De